Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



os stulti confusioni proximum est. Substantia diuitis est urbs fortitudinis eius;
pauor pauperum egestas eorum. Opus iusti ad uitam; fructus autem impii
ad peccatum. Via uitae custodienti disciplinam; qui autem increpationes
relinquit errat. Abscondunt odium
labia mendacia; qui profert crimi
nas insipiens est. In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderat
labia sua prudentissimus est. Argentum electum lingua iusti; cor impiorum
pro nihilo. Labia iusti erudiunt plu
rimos; qui autem in stultitia sunt in cor
dis egestate morientur. Benedictio domini diuites facit; nec sociabit
eis afflictionem. Quasi ludum stultus
operatur scelus; sapientia autem uiro
prudenti. Timet impius et incidet
super eum; desiderium suum iustis da
bitur. Quasi tempestas transiens
non erit impius; iustus autem quasi
fundamentum sempiternum. Sicut
acetum dentibus et fumus oculis; sic
pigri his qui miserunt eum. Ti
mor domini dies apponet; et annos
impiorum breuiabuntur. Expectatio iu
storum lencia; spes autem impiorum peribit.
Fortitudo simplicis uia dei; et pa
uor his qui operantur malum. Iusti
in aeternum non commouebitur; impii autem
non habitabunt super terram. Os iusti
pariet sapiam; lingua prauorum peribit.
Labia iusti considerant placita; et os im
piorum peruersa. XI.

Statera dolosa abhominatio
est apud dominum; et pondus aequum
uoluntas eius. Vbi fuerit sup
bia, ibi erit et contumelia; ubi autem
humilitas, ibi et sapientia. Simplicitas
iustorum diriget eos; et supplantatio
praua uastabit illos. Non proficiet
diuitiis in die ultionis; iustitia autem
liberabit a morte. Iustitia simplicis
dirigit uiam eius; et impietate sua
corruet impius. Iustitia rectorum liberabit
eos; et in infidelitate sua capientur
iniqui. Mortuo enim homine im
pio nulla erit ultra spes; et expectatio
eorum perit. Iustus de angustia liberatus est; et tradetur impius pro eo.
Simulatores ore decipit amicum
suum; iusti autem liberabuntur scientia.
In bonis iustorum exaltabitur ciuitas; et
in perditione impiorum erit laudatio.
Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas; et
ore impiorum subuertetur. Qui
despicit amicum suum indigens
corde est; uir autem prudens tacebit. Qui
ambulat fraudulenter reuelat arcana;
qui autem fidelis est celat amici com
missum. Vbi non est gubernator,
populus corruet; salus autem ubi multa
consilia sunt. Affligetur malo qui
fidem facit pro extraneo; qui autem ca
uet laqueos securus erit. Mulier
gratiosa inuenit gloriam; et robusti
suscipiunt diuitias. Benefacit anime
suae uir misericors; qui autem crudelis
est et propinquos abiicit. Impius facit
opus instabile; seminanti autem
iustitiam merces fidelis. Clementia
praparat uitam; et sectatio malorum
mortem. Abhominabile domino
cor praauum; et uoluntas eius in his
qui simpliciter ambulant. Manus in
manu non erit innocens malus;
semen autem iustorum saluabitur. Circul
aureus in naribus suis; mulier pulchra
et fatua. Desiderium iustorum omne
bonum est; expectatio impiorum furor.
Alii diuidunt, et diuitiores fiunt;
alii rapiunt non sua, et semper in
egestate sunt. Anima quae benedicit
impinguabitur; et qui inebriat ipse
quoque inebriabitur. Qui abscondit
frumentum, maledicetur in plebe; bene
dictio autem super caput uendentium.
Bene consulit diligenti qui quaerit bo
na; qui autem inuestigator malorum